

Curriculum Vitae

Zwei von mir entdeckte Lebensläufe Jung-Stillings (noch unkorrigiert):

a) 1773-04-05

b) 1804-11-19

1773-04-05

Curriculum Vitae
anno millesimo Septingentesimo quadragésimo Die
duodecimo Septembris in Principatus Nassovico Siegenensis
Pago quodam im Grund dicto a Parentibus rusticis inquam
vere Nonestis piisque absque ulla obscura originis nota, natus sum,
Pater adhucdum inter vivos est Johann Helmann Jung geome=
tra et opifeac alias ibi Locorum Agricultura Vitam Ducens Ma=
ter mea erat Johanna Dorothea Catharina ex Stirpe fischer=
mangeriana orta, exqua Stirpe varii in Theologia Celebres viri
primis hujus Seculi Annis floruerunt., primo jam Vitae meae
Lustro Artem Legendi perdidici posteaque nihil mihi jucundius facit
Lectio Scriptorum philosophicorum & mathematicorum hinc Soler=
tia & Diligentia in ejus modi facultatibus non adco parvas mihi Com=
paravi Cognitiones, Annis Sequentibus in Schola Hilgenbaceusi
Nassovica prima Rudimenta Linguarum didici, et ad vigesimum primum
usque aetate Informatione publica vitam duci, interimque assiduo ope=
ram dedi Cognitiones logicas metaphysicas etc acquirendi, Nutus
mihi fune Temporis incognitas mihi Stimulus erat, omnia perscru=
fari, quae ad meliorem Cognitionem rerum naturalium aliquid at=
tribuere mihi videbantur: per Septennium Cuidam Mercatori in
Principatu Sive Ducatu Montensi infans instruci & in Negotiis
ad fui, quo in Tempore adoranda Providentia voluit, ut me exae=
tuis ad Scopum quemdam determinarem, omnibus Auxiliis &
opibus carens, Studio medico me applicui, et Doctissimorum virorum
Consiliis ac instructionibus utens, per triennium lucubravi, tandem

Contractu mediante nuptiali maxime felici, Cum virgine Christina Catharina Heyders practari Stirpis Ronsdorfensis Subsidia acquisivi

Hinc ex Ducatu Montensi Regione fausta profectus, et Argentoratum aggressus sum ibique per Tempus Principia medica Artis addiscendi Sufficiens Litteris incubui, atque Excellentissimorum et Experimentissimorum eodem Tempore vigentium Professorum A. Spielmann, Pfeffingeri, Lobstein, Schurreri, Hermanni, Ehrmanni & in Arte obstetricia Dexterrini Weygenii Collegia Diligenter frequentari. Tandem in Februario Anni 1772 a gratiosa Facultate medica vite examinatus in Numerum Candidatorum medica Artis receptus Die Vigesimo quarto Martis ejusdem Anni pro Licentia gradum Doctoris rite capessendi publice defendi Specimen de Historia Martis Nassovico Siegenensis, postea iterum in Patriam Sponsa reverti, ibique Elberfeldae adhucdum Proxeos medica officio favente Deo fungor, et nihil ulterius opto, quam Curriculum mea vita in Amoris erga Deum & Proximum Exercitio, ad ultimum usque Halitum perficere, Deo Triuno Sit Laus & gloria per omnia Secula Amen.

Elberfelde Die 5 Aprilis Johannes Henricus Jung.
Montano=Ronsdorsfien=
sis
Med. Licent.

1804-11-19

Heidelbergae 19no Novembris 1804

Antequam tuis litteris 21 mo Mensis Februarii hujus Anni ad me exaratis Vir reverendissimae! et in Jesu Christi dilectissime Frater! satisfaciam, meum est ut Te de rebus et ratione vitae meae certiolem reddam.

Humilissima Sed honesta stirpe Anno 1740, natus, Avo Carbonario et patre Sartore educatus me ipsum Sartorem et Ludimagistrum constituerunt. Hisce os in

ciis usque in Annum 22 aetatis meae fructus sum,
sed durante hoc tempore, avicitate, ad Scientias prorsus inbutus et religione practica dedituis, in latina lingua, gallica, Philosophia, Historia, Mathesi, Aesthetica, etc. tantos feci, soli Deo, meoque Duce, progressus, ut tandem, Anno 30 mo Academiam Argentoratensem
/: Strasburg :/ aggressus, Studium medicum intra biennam absolutus, lauream doctoralem Anno 1772, nactus sum, sed Solum modo per Septem Annos praexi medica fructus, iterum alium rerumnavigii vite arripui, et vacationem ad professionem oeconomice politicae accepitave, hoc munere in Caesarea Lutra, Heidelbergae x et Marburgi catorum per 25 Anos multo cum Successu functus Sum. Quia vero in morbis oculorum et operatione Cataracte benedictione Domini, Summo gradu fructusum, Cum vero Simul per libros a me editas, E. q. Biographiam meam, Scenas ex

Mundo Spirituali; Morbum ex desiderio ad patriam
/: das Heimweh :/ Sed sensu Spirituali, et alias commercium meum litterarium in tantem creverit, ut non ulterius omnia praestanda praestare possem, tandem Serenissimus Elector Badensis probus piusque, mihi Salarium Cargitur hoc sine, ut sola religioni et morbis oculorum dicatus, pereditionem librorum et commercium litterarium religiosum, ad promotionem requi Dei et Jesu Christi mihi sit operandum.

Iam hic Heidelbergae in palatinatu Rheini vitam cum familia mea degu, Sed tantis negotiis varii generis obructus sum, ut mihi plane impossibile sit negotio quod mihi legasti fatifabere, per sex Men profectus tantam molem litteraru, < ... > sive epis rotarum inveni, ut nondum eas, quarum necessitas urget, absolvi.

Ignoscas Vir reverendissime! si in hac Epistola hinc in de vidia grammaticalia inveniuntur, Ego tam in lingua latina, quam in aliis fere totus quantus autodidactus in tantillo temporis Spatio quod

mihi ad hoc Scribendum atum est, hoc Scriptum tranquillo animo corrigere nequea. Sensum nihilominus meum intelliges.

Omnia ea, quae a me petiisti servus fidelis Jesu Christi vor Summe reverendus Ewald S. S. Theologiae Doctor et pastor Ecclesiae reformatae ad Templum Sti Stephani quod Brema est Tibi lubon tissime prestabit. Tandem abs te precor,

dilectissime frater ! ne me de me in hisce litteris gloriari putes ; Summa Providentia me peccatorem ex peccatoribus elegit, eo fine ut manifestetur misericordia sua immensa in diebus misce extremis.

Spiritus Sanctus Dei patris et filii sit tibi Dux, lux, παζαγγτσζ et Elementum vita et tuo

fratri aeterno
Johann Heinrich Jung
Stilling
Consiliarius aulicus electo-
ralis Badensis